


Supplici Domine humilitate deprecemur, ut
sacrofanctae Januensis Ecclesiae concedat Pastorem
illum tua immensa pietas; qui et pio in nos stu-
dio semper tibi placitay, et tuo populo pro salu-
bri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis
reuerenday. Ser Dom-

Pro quacunque tribulatione
Oratio

Ne respicias omnipotens Deus,
populum tuum in afflictione
lamentem: sed propter gloriam
nominis tui, tribulatis succurre
placatus per Dominum nostrum &

ORATIONES
DICENDAE IN ECCLESIA
MONIALIVM B. M. DE
MISERICORDIA



Omnipotens Sempiternus Deus, cuius
nutu Omnia reguntur, Liguriam
Republicam, eiusque libertatem
tua Virtute Custodi, ut illius admi-
-nistratores Sancti Spiritus fulgore
illustrati, Civium Omnium Saluti,
& incolumitati provideant, Populus
-que Ligurie, in sua jura redinte-
-gratus, Beata Maria Semper
Virgine intercedente, Salvus, &
incolumis, in tua protectione,
Conquiescat. Per Dominum. &c



ORATIO.
pro Republica.

Omnipotens sempiterne Deus, cuius nutu
omnia reguntur, Rempublicam Genuensem,
ejusque libertatem tua virtute custodi, ut illius
Administratores sancti spiritus fulgore illustra-
ti, civium omnium saluti provideant, populusque
Genuensis, Beata Maria semper virgine
intercedente, salvus et incolumis in tua pro-
tectione conquiescat. Per.....

ORATIO

Pro Ligure Republica

Omnipotens Sempiterne Deus cuius nutu omnia
reguntur, Liguriam Rempublicam eiusque Libertate
tua virtute custodi, ut illius Administratores Sancti
spiritus fulgore illustrati Civium omnium Saluti
& incolumitati provideant Populusque Liguriae in
sua jura redintegratus, Beata Maria semper
Virgine intercedente, Salvus & incolumis in tua
protectione conquiescat. Per Dominum nostrum &c



V. Panem de Coelo prestitisti eis . . .

R. Omne delectamentum in se habentem

~~~~~ Dominus Vobiscum ~~~~~

~~~~~ Oremus ~~~~~

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabi-
li passionis tuae memoriam reliquisti: trib-
ue quesumus ita nos corporis, et sanguinis tui
sacra mysteria venerari, ut redemptionis
tuae fructum in nobis iugiter sentiamus.

~~~~~  
**D**eus omnium fidelium Pastor & Rector  
famulum tuum **N.** quem Pastorem Ecclesiae  
Ianuensi pgesse voluisti propitius respi-  
ce: da ei quesumus verbo, et exemplo qui-  
bus praest proficere, ut ad vitam una cum  
grege sibi credito perveniat sempiternam.

~~~~~  
Defende, quesumus Domine, Beata Maria
semper Virgine intercedente istam ab omni

aduersitate Rempublicam, et toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidijs.

Deus refugium nostrum, et virtus: adesto pijs Ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis, et presta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

Pro Infirmis

Omnipotens Sempiterna Deus salus eterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus misericordie tue imploramus auxilium, ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referant actiones.

Ad Petendam Pluuiam

Deus in quo vivimus, movemur, et sumus pluuiam nobis tribue congruentem: ut presentibus subsidijs sufficienter adiuui Sempiterna fiducialius appetamus.

Ad Postulandam Serenitatem

Ad te, nos Domine, clamantes exaudi, et acriis serenitatem nobis tribue supplicanti-

bus, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua preueniente clementiam sentiamus.

Pro Gratiarum Actione

Deus, cuius misericordie non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus pijsimę Maiestati tue pro collatis donis gratias agimus, tuam semper Clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata conceclis, eosdem non deserens, ad premia futura disponas.

Pro Infirmo Morti proximo

Omnipotens, et Misericors Deus, qui humano generi, et salutis remedia, et vite eterne munera contulisti: respice propitius famulum tuum infirmitate corporis laborantem, et animam refove, quam creasti, ut in hora exitus illius absque peccati macula tibi Creatori suo per manus Sanctorum Angelorum representari mereatur. Per Dominum.

ORATIO

Ad **B^m V^m Mariam**

Oremus

Concede nos famulos tuos, quesumus Domine Deus perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere, et Gloriosa Beatę Marię semper Virginis intercessione a presenti liberari tristitia, et eterna perfrui letitia. Per. **X^{um}**

In tempore Paschali

V. Gaude, et letare Virgo Maria. **All^a**

R. Quia surrexit Dominus vere. **All^a**

Oremus

Deus, qui per resurrectionem Filij tui Domini nostri Iesu Christi mundum letificare dignatus es: Presta quesumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetue capiamus gaudia vite. Per eundem

Alia Oratio

V. Post Partum Virgo inviolata permansisti.

R. Dei Genitrix intercede pro nobis.

Oremus

Deus qui salutis eterne Beatę Marię Virginitate feconda humano generi premia prestitisti, tribue quesumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus Auctorem vite suscipere Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

In Adventu

V. Angelus Domini nunciavit Marię.

R. Et concepit de Spiritu Sancto

Oremus

Gratiam tuam, quesumus Domine mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nuntiante Christi Filij tui incarnationem cognovimus, per passionem ejus, et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur.

Pro Oratione 40. Horarum

Pater Noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et Salutare tuum da nobis.

V. Domine exaudi orationem meam. ~ ~ ~

R. Et clamor meus ad te veniat. ~ ~ ~

V. Dominus vobiscum. ~ ~ ~

R. Et cum Spiritu tuo. ~ ~ ~

Oremus ~ ~ ~
Concede quesumus Omnipotens Deus, ut intercessio Sanctę Dei Genetricis Marię, Sanctorumque omnium Apostolorum, Martirum, Confessorum, atque Virginum, et omnium Electorum tuorum, nos ubique letificet; ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. ~ ~ ~

Deus omnium fidelium. & ~ ~ ~

Defende quesumus Domine & ~ ~ ~

Pro Eligendo Summo Pontifice ~ ~ ~

Oratio

Supplici Domine humilitate deposcimus: ut Sacrosanctę Romanę Ecclesię concedat Pontificem illum tua immensa pietas, qui et pio in nos studio semper tibi placitus, et tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reverendus. ~ ~

In novennio Assumptionis

B. M. Virginis

V. Exaltata est Sancta Dei Genitrix. ~ ~

R. Super Choros Angelorum ad Celestia regna. ~ ~ ~

Oremus ~ ~ ~

Famulorum tuorum quesumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus Genetricis Filij tui Domini nostri intercessione Salvemur. Per eundem. ~ ~ ~

In Novennio Spiritus Sancti

Deus in adiutorium meum intende. Gloria de. g. Ave m. Gloria
in Choro ~ ~ ~

Veni Creator Spiritus
mentes tuorum visita
imple superna gratia,
que tu creasti pectora ~ ~

Qui diceris Paraclitus
Altissimi donum Dei
Fons vivus, ignis, Charitas,
et Spiritus Sanctus. ~ ~

Tu septiformis munere
cligitus Paterne dextere
tu rite promissum Patris
Sermonē ditans guttura.

Accende lumen sensibus
infunde amorem cordibus
infirma nostri corporis
virtute firmans perpeti.

Hostem repellas longius,
pacemque clones protinus
ductore sic te pręvio,
vitemus omne noxium.

Per te sciamus da Patrem
noscamus atque Filium,
teque utriusque Spiritum
credamus omni tempore.

Deo Patri sit Gloria
et Filio, qui a mortuis
surrexit ac Paraclito
in seculorum secula. Amen.

V. Emitte Spiritum tuum, et creabuntur.

R. Et renovabis faciem terre.

Oremus



Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus illus-
tratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta
sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Per Xum

In Novennio S. Birgittę

Deus in adiutorium meum intende &
ter Pater Ave. & in fine Gloria

In Choro

Birgitta Mater bona &


Vora pro nobis B. Mater Birgitta sponsa Christi
prędilecta.

R. Ut ad Celestę Patriã sit ipsa nobis via recta.



Dominus Vobiscum




Oremus

Domine Iesu Christe, qui Beatam Birgittam
propter multorum secretorum inspirationem, et
singularem virtutum adornationem Sponsam

tuam vocari decrevisti; presta quesumus, ut eidem
in uita, et moribus conformemur, et cum ea de mu-
ndi illecebris ad visionem celestium transferam-
ur. Per Christum & 


In Nouemio Apparitionis B.M. Virginis


In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti. Amen

Actiones nostras quesumus Domine aspirando
preueni, et adjuuando prosequere, ut cuncta nostra
oratio, et operatio a te semper incipiat, et per te
cepta finiatur. Per Xum. 


Peccavi Domine miserere mei. 
 idem repetitur a Populo 


Ter Ave, cum Maria Mater Gratie. Postea Hymnus


Ave Maris stella
Dei Mater Alma


Atque semper Virgo
felix Celi porta. 

Sumens illud aue
Gabrielis ore
funda nos in pace
mutans Eve nomen. 

Solve vincla reis
profer lumen cecis
mala nostra pelle,
bona cuncta posce. 

Monstra te esse Matrem
sumat per te preces
qui pro nobis natus
tulit esse tuus. 

Virgo Singularis
inter omnes mitis
nos culpis solutos,
mites fac, et castos. 

Vitam presta puram,
iter para tutum,
ut uidentes Iesum
semper collectemur. 

Oremus

Deus, qui per Immaculatam Virginis conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preparasti: quesumus, ut qui ex morte ejusdem Filij sui previsa, eam ab omni labe preservasti, nos quoque mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per **Xum.** &



In Novennis

Oratio

Gratiam tuam, quesumus Domine mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nuntiante Christi Filij tui Incarnationem cognovimus, per passionem ejus, et crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur.

Pro S. Iosepho

Oratio

Sanctissime Genetricis tue Sponsi, quesumus Domine, meritis adiuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

In Novennio B.V.M.

De Monte Carmelo

Sub tuum Presidium. Post
Litaniae

Oremus

Deus, qui Beatissime semper Virginis, et Genetricis tue Marię singulari titulo Carmeli ordinem decorasti: Concede propitius, ut cujus hodie commemorationem solemniter celebramus Officio, ejus muniti presidij ad gaudia sempiterna pervenire mereamur.

In Septennario Dolorum B.M.V.

septem Ave, in fine: Gloria



V. Ora pro nobis Virgo dolorosissima ~ ~

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. ~ ~

Oremus ~ ~

Deus in cuius passione secundum Simeonis prophetiam dulcissimam animam Gloriosę Virginis Marię doloris gladius pertransiuit concede propitiis, ut qui transfixionem ejus, et passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, et precibus omnium Sanctorum cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuę effectum felicem consequamur. —

In Nouennio S. Annuntiationis

Deus in ad adiutorium meum intende. & ~ ~

Ave Filia Dei Patris

Ave Maria. &

Ave Mater Dei Filii

Ave Maria ~

Ave Sponsa Spiritus Sancti

Ave Maria ~

Oremus ~ ~

Deus, qui de Beatę Marię Virginis utero verbum tuum Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti;

presta supplicibus tuis, ut qui vere eam Genitricem Dei credimus eius apud te intercessionibus adjuuemur. Per Dominum nostrum. ~ ~ ~ ~ ~

In Nouenio Natiuitatis Virginis Marię ~ ~

V. Natiuitas recolitur Sanctę Marię Virginis.

R. Cujus vita in chryta cunctas illustrat Ecclesias

Oremus ~ ~ ~ ~ ~

Famulis tuis quesumus Domine celestis gratię munus impertire: ut quibus Beatę Virginis partus extitit salutis exordium Natiuitatis ejus, quam prevenimus votiuua Solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominũ.

In nouennio Presentationis B. Marię Virginis

Oremus ~ ~ ~


Deus, qui Beatam Mariam semper Virginem, Spiritus Sancti habitaculum in templo presentari voluisti: presta quesumus, ut ejus intercessione in templo glorię tuę presentari mereamur. Per Dominum. ~ ~ ~

In Die Purificationis Beatę Marię Virginis

Oratio

Omnipotens Sempiternę Deus, majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut Unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. ~ ~ ~

Per eundem. ~ ~ ~ ~ ~



In Novennio Sacri Cordis Iesus ~

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. ~ ~ ~

R. Qui fecit Caelum, et Terram. ~ ~ ~ ~ ~

~ ~ ~ ~ ~ **Colloquium I** ~ ~ ~ ~ ~


Amore infinito del mio Gesù, confesso d'averli offeso, e ben più volte le mie irriverenze all'Eucaristico Sacramento meritavano i più accerbi castighi; e pure l'anno acceso di più le vostre fiamme: in vece di vendicarvi, mi ricolmate di nuovo favore, e mi donate quel cuore, che fù ferito per aprirmi la strada, ucciò in esso ricoverar mi possa da meritati flagelli. Ah! Santo amore, trafiggete, e impiagate l'anima mia con un sincero penetrante dolore, ucciò, pentita delle sue colpe, sia disposta ad offerirvi, in isconto delle medesime, il vostro divino Cuore, e prendere in esso il suo albergo. ~ ~ ~ ~ ~

~ ~ ~ ~ ~ **Pater, Ave, Gloria** ~ ~ ~ ~ ~

Colloquium-II

Amore dolcissimo del mio Gesù quanto siete mai ingegnoso a favor mio: perché io ricognoscessi Gesù qual Re de dolori lo coronaste di spine: perché intendessi la tenerissima compassione del Cuore di Gesù per le mie miserie, di fiamme, e di spine lo circondaste: furono spine di dolore quelle del capo, sono spine di tenerezze quelle del Cuore: colle prime sodisfecè Gesù per le mie colpe, colle seconde m'invita a sperare delle mie colpe il perdono. Ohi Santo Amore datemi una filiale, e sincera confidenza in questo Divino Cuore pieno di compassione per me: fate, che lo ravisi qual cuore di Padre, che ansioso mi cerca, se da lui m'allontano, ed avendomi ritrovato, tutto pieno di giubilo mette in festa il Paradiso.

Pater Ave, Gloria



Colloquium-III

Amore tenerissimo del mio Gesù voi solo avete trionfato d'un uomo Dio, conducendolo a morire su d'una croce per la salute de peccatori: e questo è il motivo, per cui veggio inalberata sul Divin Cuore la croce come trofeo della vostra vittoria. Ora dunque che avete compiuta l'opra del vostro trionfo rivolgete verso di me la vostra forza, spargete in me il vigore delle vostre fiamme, accendetemi col vostro fuoco, unite il mio cuore al cuore di Gesù, e fate di due cuori un solo incendio di Carità, che sempre arda a gloria del mio Signore. Pater Ave Gloria.

V. Ponere ut signaculum super cor tuum

R. Quia fortis est, ut mors dilectio.

Oremus

Concede quesumus Omnipotens Deus, ut qui in Sanctissimo dilecti Filij tui Corde gloriantes precipua in nos Caritatis ejus beneficia recolimus: eorum pariter & actu delectemur & fructu.

~ In Novennio Natalis ~

V. Deus in adiutorium meum intende. ~

R. Domine ad adjuvandum me festina ~
Gloria Patri. & ~ ~ ~ ~

V. Virgo ante partum ora pro nobis. ~

B. Ave Maria. & ~ ~ ~ ~

V. Virgo in partu ora pro nobis. ~

B. Ave Maria. & ~ ~ ~ ~

V. Virgo post partum ora nobis. ~

B. Ave Maria. & ~ ~ ~ ~

~ In choro dicitur hec Antiphona ~ ~ ~

De te Virgo nasciturum mundi Salvatorem,
Patres suspiraverunt, predixerunt Prophetę,
signaverunt figurę; tandem ille Paraninfus
Celestis Gabriel salutando nuntiavit, Spiritus
Sanctus obumbrando fecundavit. O quando
veniet ille desideratus! O quando ex te nasce-
tur tandiu expectatus. Veni veni per viscera
Virginis visitans nos oriens ex alto. ~ ~ ~

V. Angelus Domini nuntiavit Marię ~

R. Et concepit de Spiritu Sancto ~ ~

~ ~ ~ Oremus ~ ~ ~ ~ ~

Gratiam tuam, quesumus Domine, mentibus nos-
tris infunde, ut qui Angelo nunciante Christi Filij
tui Incarnationem cognovimus per passionem ejus
et crucem ad Resurrectionis Gloriam perducamur.

Per eundem. & ~ ~ ~ ~ ~

~ ~ ~ ~ ~



In Novendia Mater
Sancte Spei

V. In omnibus angustiis, et necessitatibus nostris,
R. Succurrat nobis piissima Virgo Maria.

Oremus

Concede quesumus, omnipotens Deus, ut fideles
tui, qui sub Sanctissime Virginis Mariæ protec-
tione letantur, eius pia intercessione a cunctis
malis liberentur in terris, et ad gaudia eterna
pervenire mereantur in Cæli.


Oratio pro presentatione

Deus, qui virginalem arcam beate Mariæ,
in qua habitares, eligere dignatus es: da
quesumus, ut sua nos defensione munitor,
jucundos socios sue, interesse festivitatis
qui vivis &c.

In festo S. Catharinae de Suetia Virginis

Oratio

Deus qui Ecclesiam tuam, Beata Catharina Virginis
preclaris decoras meritis, et gloriosis legitimis miraculis:
Concede nobis famulis tuis; ut et exemplis eius in me-
lis reformemur, et patrocinio ab omnibus adversis
protegamur. Per Christum Dominum nostrum.



OREMUS

Deus Regnorum omnium, et Galli-
cani maxime protector Imperii, da servo tuo
Imperatori nostro Napoleoni Triumphum virtu-
tis tue scienter excolere, ut qui tua institutione
est princeps, tuo sit semper munere potens;

per Dominum &c.

ORATIO TEMPORE Belli

Deus qui conteris bella, et impugnatorez
intesperantium potentia tue defensionis
expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus
misericordiam tuam; ut inimicorum suorum
Veritate depressa incensabili te gratiarum actione
Laudemus: Per Dominum nostrum.





